Quelle: https://manuscripta.at/?ID=416
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tineant ad umbra mea. et necesse est ut
inter illos gemam. nonne habent
quod te habere gloriaris. Nonne multi
ebriosi habent baptismum. Nonne mul
ti auari. Nonne multi ydolatre. et quod
est peius furti. Nonne pagani ad ydo
la eunt uel ibant publice. Nunc occul
te christiani sortilegos querunt. mathemati
cos consulunt. et isti habent baptismum.
sed columba gemit inter coruos. Quid ergo gau
des quia habes. Hoc habes quod habet et ma
lus. Habeto humilitatem. caritatem. pa
cem. habeto bonum quod nondum habes. ut pro
sit tibi bonum quod habes. Nam quod habes
habuit et simon magus. actus apostolorum tes
tes sunt. Iste liber canonicus omni anno
in ecclesia recitandus anniuersaria sol
lempnitate post passionem domini. Nostis
illum librum recitari ubi scriptum est. quomodo
conuersus sit apostolus. ex persecutore predicator
factus. ubi et die pentecosten missus est
spiritus sanctus in linguis diuisis uelut ig
nis. ibi legimus multos credidisse in
samaria. per predicationem philippi. In
telligitur autem siue unus ~~unus~~ ex apostolis. si
ue ex diaconis. quia vii. diaconos
ibi legimus ordinatos. inter quos est et unus
nomine philippus. Per predicationem ergo phi
lippi crediderunt samaritę. samaria
cepit abundare fidelibus. ibi erat sy
mon iste magus. per magicas factio
nes suas dementauerat populos. ut

eum uirtutem dei putarent. Commotus tamen
signis que fiebant a philippo. et ipse cre
didit. Sed quomodo crediderit. posteriora et sequen
tia demonstrauerunt. Baptizatus est et symon.
Audierunt hoc apostoli qui erant ierusalem. missi
sunt ad illos petrus et iohannes. inuenerunt mul
tos baptizatos. et quia nullus ipsorum adhuc
acceperat spiritum sanctum. sicut et tunc descendendi
significatione gentium crediturarum. ut
linguis loquerentur super quos descendebat
spiritus sanctus. posuerunt illis manus. orantes pro
eis. et acceperunt spiritum sanctum. Symon ille
qui non erat in ecclesia columba sed coruus. quia
ea que sua sunt querebat non que ihesu christi. unde et in
christianis potentiam magis amauit quam
iustitiam. uidit per impositionem manu
um apostolorum dari spiritum sanctum. non quia ipsi
dabant. sed quia ipsis orantibus datus est. et
ait apostolis. Quid uultis a me accipere pe
cunie. ut per impositionem manuum mearum
detur spiritus sanctus. Et ait illi petrus. Pecu
nia tua tecum sit in perditione. quoniam
donum dei putasti pecunia comparandum.
Cum dicit pecunia tua tecum sit in perdi
tione utique baptizato. iam baptismum
habebat. sed columbe uisceribus non herebat.
Audi quia non herebat. uerba ipsa petri apostoli
aduerte. Sequitur enim. Non est tibi pars neque
sors in hac fide. in felle enim amaritu
dinis uideo te esse. Columba fel non habet.
symon habebat. ideo separatus erat a
columbe uisceribus. baptismus illi quid proderat.